FRANC. ERN. BRUCKMANNI, MED. DOCT. ACAD. CÆSAR. NAT. CUR. ET SOC. REG. PRUSS...

Franz Ernst Bruckmann



54

FR. ERNESTI BRVCKMANNI,

PHILOS. ET MED. DOCT. ACAD. CÆSAR. NAT. CVR. ET SOC. REG. SCIENT. PRVSS. COLLEG. ET POLIATRI WOLFFENB.

EPISTOLA ITINERARIA LIV.

SISTENS

SIGNA VRBIVM MNEMONICA

AD

EXCELLENTISSIMVM, CONSVLTISSIMVM

ATQVE

DOCTRINIS ET ARTIBVS INSTRVCTVM VIRVM,

DOMINVM

CHRISTIANVM


NETTELBLADT,

JVR. VT. DOCT. ET PROF. ORDINAR. ACADEM. GRIEFFSWALD. CELEBER.

CONSILIARIVM CONSISTORII IMPERII REGI SCEPTRIGERI SVECICI, JCTVM ET HISTORICVM PRÆSTANTISSIMVM,

AMICVM ET FAVTOREM HONORATISSIMVM.

WOLFFENB. MDCCXXXVII.



VIR EXCELLENTISSIME, CLARISSIME ATQVE DOCTISSIME,

FAVTOR ET AMICE OMNI HONORE PLVRIMVM PROSEQVENDE!

Filum ſignorum mnemonicorum, epiſtola antecedente abruptum, hic, *Vir Incomparabilis atque Doctiſſime*, annectere & continuationem iſtorum breviſſimis tradere placet, ſic ſe primo ſiſtit *Arnſtadium*, quaſi Adlerſtadt dictum, aquilam in frontiſpicio ſ. culmine curiæ offerens, de qua celeb. Alb. Ritterus Lucubrat. ſecunda de Alabaſt. Schwartzburg. pag. 27. ſequentem in modum dicit: Curia ſplendida, ſtatuis, picturis, inſcriptionibus & verſibus ſententioſis extra intraque, nec minus antomato artificiali, decorata; in frontiſpicio huius ædificii aquila ſculptilis, alas tintinnabulis ornatas, quando completa auditor hora, jactans, conſpicitur. Urbis etiam inſignia ſunt aquila ſimplex, pennis nigris, in ſcuto aureo adparens.

Auguſta Vindelicorum in templo cathedrali, **dem Dom**, habet portam æneam, in qua diverſæ St. Scripturæ hiſtoriæ, in ſpecie diva Virgo Maria, quæ Evam, matrem omnium populorum et gentium, ex Adami, primi inter

mor-

mortales hominis, costa extrahit & creat, cælato opere, admirandæ. Confer. Max. Missons Itinerarium Italicum pag. 130.

Boleslavia, *Buntzlau*, Schlesisch *Buntzel*, urbs Silesiæ ad flumen Queis sita, in domo cujusdam figuli, quibus opificibus locus abundat, ollam immensam, monstrum horrendum & ingens, quod duodecim medimna, Scheffel, Saxonica, capit, ibidem spectandam offert. Rota certe & fornax figularis, in qua tale vas ex terra fictile coquinarium, mater omnium ollarum ampullacea, sine fissuris & fractura igne coqui potuit, quam maxime miranda.

Brega, *Brieg*, urbs in Principatu Bregensi Silesiæ, pro signo mnemonico habet virum fortem, vaccam quandam cauda tenentem, in basi statuæ lapidea ad portale palatii in saxum incisum, ex quo proverbium natum est: ad quem vacca pertinet, iste cauda capiat! Wessen die Kuh ist, der nehme sie beym Schwantz. Hoc signum fundamentum habet, & magnum forum boarium juxta ac commercium, quod quotannis hic loci cum bobus saginatis & pinguibus celebratur, judicare & notare dicitur.

Coburgi in templo Sancti Mauritii signum mnemonicum perhibetur esse lapis maximus & minimus ad se invicem appositi & ante baptisterium constituti; it. asinus, utriculari tibia canens, juxta organa pneumatica, symphoniæ sacræ destinata, pictus.

Franchusa, *Franckenhausen*, oppidum Comitis Schwartzburg: salinis alias percelebre fontibus, signum habet ad curiam, nempe caput cum pileo alto turrito, qualis olim ex usu fuit, ex fenestra despectans, cujus os nunquam non, cum horologium sonat, pomo aureo avide inhiat.

Francofurti ad Moenum Judæus barbiger in sue, matre porcorum præfoecunda; equitans, in lapidem super portam quandam incisus, visui occurrit. Nostra conjectura probabili,

bili, hæc effigies, æque ac Magdeburgensis & Halberstadiensis Judæi, in contumeliam juxta ac maculam perodiosi Judaismi picta fuit.

De Signo *Goslariensi*, de quo Epist. Itiner. XLIX. pag. 7. respicienda, Alchymiæ reconditæ & profundæ scrutator quidam assiduus ad me retulit, se totum chrysopoeiæ processum in signis istis hieroglyphicis domus Worth, in quibus puer nummos aureos cacaturiens, s. v. der Ducaten-Scheisser, sit eventus & artis chemicæ auriferæ clausula, reperisse.

De *Halberstadiensium* laternis magnis, in turri templi Canonicorum suspensis, jam Epist. It. XLIX. pag. 10. verba quædam fecimus, pronunc & ista addimus, quæ dicti ædificii custos, Conrad. Matth. Habern, in seiner kurtz und gründlichen Nachricht von der hohen Stiffts-Kirchen oder sogenandten Dom-Kirchen zu Halberstadt, 4to Halberst. 1728. cum icon. templi, pag. 17. de hoc signo affert: „Sonst ist auch noch zumercken, daß an „den beyden Thürnen, recht in der mitten, auf der „Seiten nach dem Dom-Platz, zwo grosse Leuchten oder „Laternen zusehen sind, und wird in einer jedweden „alle Abend, sowohl im Sommer, als im Winter, um „8. Uhr, ein brennend Licht hinein gesetzet, welches „auch darinnen ausbrennen muß. Warum dieses vor „Alters gestiffeet und angeordnet sey? kan man so ge„nau nicht sagen. Die gemeine Erzehlung davon ist „diese: Es sey einsmahls einer unter den Bischöffen „oder Dom-Pröbsten, oder Dom-Herren, zur Win„ters-Zeit, des Abends, da es sehr finster gewesen, „von dem Amte Zilly über Ströbke kommen, und ha„be die Stadt Halberstadt nicht erreichen können, son„dern lange in der Irre herum fahren müssen. Weil „aber endlich des Abends um 8. Uhr der Küster, mit „einem Lichte, auf dem Thurn kommen sey, die Bet„Glocke anzuschlagen, und dieser reisende Herr des „Lichtes gewahr worden, wornach er sich einiger mas-

„sen

„sen richten können; So habe er dafür gehalten, es „würde gut seyn, wenn die bey der Nacht reisende „Leute, sonderlich aber, die von dem Amte Zilly kä„men, ein Licht aus der Stadt in die Augen hätten, „wornach sie sich richten könten. Und darum habe er „verordnet, daß die zwo Laternen an den Dom-Thür„nen stehen solten, die alle Abend leuchten solten, er „habe auch das Geld zu den Lichten *legi*ret, und ein „*Capital* dazu hergegeben.

Verum signum mnemonicum dictæ Basilicæ, *Hemipoli* in *Halberstadiensi* Principatu, sunt duo digiti cum pollice, ut videtur, lapidi, septentrionem versus, non admodum alte, impressi. Hoc vestigium manus diabolo, qui ædificium, cum viderit, quod templo & ecclesiæ sit destinatum, prosternere conatus, qui vero post blandis istis verbis & promissis, cum audierit, quod e regione, in altero templi latere cella Canonicorum vinaria, der Dom-Keller, sit ædificanda, quæ & in hodiernum diem isto stat loco, mitigatus requievit, adscribitur. Et sic manus diaboli lapidi jam admota, digitorum duorum & pollicis ectypa, in muro adhuc videnda, reliquit. Non procul hinc cacodæmon, matri germanæ aurem morsicus abripiens, ad saxum, quod in ædificii corona protuberat, adumbratus, intuentibus metum affert. In nonnullis urbis domibus, inpr. in foro, peculiares quædam figuræ, a pluribus signis annumeratæ mnemonicis, exsculptæ adsunt, v. g. Judæus in dorso lupinus mammas suis sugens; item impostor Tezelius in cathedra sacra, post cujus tergum foemina, sine vestibus, nuda observatur. Proverbium, quod ad hæc signa referendum, hic quoque notum: Wer nicht vernommen hat, den Glocken-Klang, den Esels-Gesang, den Jungfern-Gang und Schwein-Braten-Gestanck, der sey nicht gewesen in Halberstadt. Verum enim est, campanæ, adsunt enim plura monasteria, de die & de nocte subinde sonant. Molitores ad portandos saccos, frumento & farina farctos, asi-

nos, animalia laſſa, adhibent. Ambulacrum virginum, quod a porta Burchardi, ſeptentrionem verſus, ad portam Gröperthor dictam, ducit, certe eſt jucundiſſimum. Odorem autem carnis ſuillæ aſſæ quilibet, quando ex domo exit, ſæpe ſummo mane, ſtatim percipiet.

Haſelfelde, oppidulum Principatus Blanckenburgenſis, in montibus ſylvæ Hercyniæ ſitum, loco ſigni mnemonici habet annulum magnum ferreum fortiſſimum, qui totum novi templi ædificium, turrimque ſimul circumcirca ambit, & ſic omnia includit. Hoc cingulum circumdare, cum ædificium, propter non juſte ab architecto poſitum fundamentum, rimas & ſciſſuras hiantes nactum, muratores coacti fuerunt.

Heilbrunnæ unum ſignum eſt fons præſtantiſſimus, ex quo aqua pellucidiſſima nec non ſaluberrima, bracchii craſſitie, ex ſeptem magnis tubis promanat, qui, dubio procul, & urbi nomen *Heilbrun*, fontis ſani & ſanantis, dedit. Alterum eſt infans in alto ad turrim, in qua ſignum campanis ad congregandum populum datur, in lapidem inciſus, & quidem in memoriam iſtius pueruli, qui ex hac turris altitudine ad terram mire cecidit, nec, licet ante templi portam ſcalæ lapideæ fuerint, nocumentum ullum ex caſu tanto ab alto paſſus, ſed potius ſtatim ridibundus, quod ſane ſtupendum, apparuit.

Ilfeldenſis monaſterii ad fauces ſylvæ Hercynicæ ſigna mnemonica ſunt binæ iſtæ figuratæ rupes altæ & permagnæ, Gänſe-Schnabel & Nadel-Ochr dictæ, quarum icones & delineationes, jam in Epiſt. Itiner. IV. adumbratas, hic denuo repetere merito linquimus.

Kynaſt, quod eſt caſtellum montanum ad montes giganteos Sileſiæ, in media caſtri area ibidem ſtatua ſaxea cum numellis ferreis publicis erecta eſt. Iſte, qui caſtrum velit oculis luſtrare, hujus collum dictis numellis prius conſtringi debere, perhibetur, quibus factis, nomen ſuum in album quoddam ad has deſignationes peculiariter deſtinatum, inſcribere cogitur.

Manſ-

Mansfeldensis castelli signum mnemonicum sunt capita monachi & monachæ; horum unum non procul a porta, sub pergula, **Erker,** hypocausti, quod a gubernatoribus castelli, quibus tuendum traditum erat, nomen retinuit, in muro videndum; alterum vero ad portam templi, in angulo quodam excelso lustrandum. Tradunt, virginem quandam Vestalem cum monacho nobilis prosapiæ, contra voti monasterialis tenorem, rem habuisse & convixisse; facto vero prohibito inque tenebris peracto post in vulgus edito, ambo in custodiam castelli ductos, monachum, metu poenæ fractum, foras ex castello devolasse, sibique mortem, cervice fracta, miserandum in modum accelerasse; monialem vero in sic dicta camera obscura sibi ipsi manus violentas intulisse & suspendio se necasse. Monstrant adhuc in hodiernum diem locum, in quo vinculum lineum, quo vitam miserabiliter finivit, considerandum. Conf. Eus. Christ. Franckens **Historie der Graffschafft Mansfeld** pag. 21.

Monachium, *München*, metropolis Bavariæ splendida, ad urbis quandam portam in diversorio quodam virum, qui rotam præ se currentem pellit & quem duo alii homines, equis generosis insidentes, celeri cursu, quasi volantes, perpetuo insequuntur, appictum habet. Traditio hæc est: In pago Leich, non procul Augusta Vindelicorum, haxamurgum s. carpentarium habitasse, qui cum mercatore quodam Augustano pignore certasset, se velle uno ex longissimis die, tempore æstivo sereno, rotam pro curru, **ein Wagen-Rad,** fabricare, & uno eodemque die istam Monachium, quod novem a pago Leich distaret milliarium, intervallo per pedes, præ se pellendo, circa vesperam & ante solis occasum portare. Quod promissum & revera in actum deduxerit, cum duæ personæ, equis insidentes agilibus, istum, continuo volantes comitarint & cursum celerem haxamurgi studiose observarint. In memoriam laudata pictura in dicto diversorio posita, in hodiernum usque diem adhuc prostat. Carpentarius

tarius domum & omnia, quæ habuit, bona, propignore obtulit; quantum vero negotiator in pignus æquivalens contra posuerit, & quantum certamine amiserit, notatum nullibi legimus.

Münchberg, oppidulum, quatuor Byrutho milliaribus distans, in hoc in binis diversis locis monachus ex lapide cæsus pro signo mnemonico artium mechanicarum sodalibus offertur, qui est loco nomen dedit.

Noribergæ ad portam templi, Sancto Marco dicati, est pulsabulum, in peculiarem faciem horridam formatum. Quando vulgus & urbis fex turpissimo & amarissimo convicio se verberat, inter alias voces asperiores & hoc proverbium, ex pulsabulo hoc desumtum, fervide & concitate eructat: Es facies pulsabuli ad Sancti Marci templum! **Du Klöpper-Gesicht an der Sanct Marcks-Kirche.**

Northusa septem præcipue memoratu digna offert, his versibus, in M. Joh. Henr. Kindervateri Northusa illustri pag. 20. comprehensa:

Curia 1) Rolandus 2) Saxum 3) Ballista 4) Canales 5) Fons 6) Ales: 7) sunt Northusæ miracula septem.

1) *Curia*, quæ propter decora conclavia & fundamentum præstantissimum merito plurimum æstimatur; dolendum saltim, quod ultimo incendio urbis, Anno 1710. die 23. Aug. multum splendoris pristini amiserit.

2) Statua Rolandi, quam, secundum vulgarem traditionem, Carolus M. sororis germanæ filio, Rulando, mavortio heroi & glorioso, hic & alibi locorum in Germania posuit, de quo carmen prostat:

Nulla ferent talem secla futura virum.

3) Lapis ad portam figulinam, qui Theodosium Juniorem, Roman. Imperatorem, fundatorem urbis Northusæ, vi, sed absque veritatis fundamento, facit, cum opinio de Meroveo majorem præ se ferat probabilita-

litatem, confer. Kindervateri Feuer- und Unglücks-Chron. c. XI. p. 177.

4) Balista (Feld-Schlange) admirabilis, quæ sui parem vix habet; hanc ad 1519. And. Pegnizer ex metallo ingeniose conflavit.

5) Binæ machinæ hydraulicæ, quarum una die Ober-Kunst, aquas ad 264. altera vero, die Unter-Kunst, ad 222. ulnas in altum propellit, quare istas Melissantes in Geographia admirabiles vocavit.

6) Fons ad Xenodochium S. Elisabethæ, aquam saluberrimam & commodam scaturiens. Proverbium ibidem singuli de hac aqua saliente habent: qui hanc aquam semel bibit, istum ita ad se trahit, ut continuo plus istius cupiat & intentidem in animo istam cogitet.

7) Avis seu Arn, pro aquila, Adeler, (veteres Germani aquilam, non aliter, quam Aar, Ar, sive Aren, confer. Cyr. Spangenbergii Adels-Spiegel Part. I. Lib. II. pag. 6. a. vocarunt) quæ in columna alta isto loco, quo novi urbium limites suos habet, posita, in rostro, quod in superiorem s. veterem urbem conversum est, annulum firmiter tenet, significans, Neostadienses, vi transactionis cujusdam, quam Anno 1365. die Jovis post festum purificationis Mariæ cum Senatu Northusano fecissent, omnia & singula sua jura in æternum civitati superiori tradidisse. Dom. laudatus Kindervaterus descriptionem versualem, seculum antiquitate superantem, in hanc avem Arn compositam invenit, quæ, cum admodum curiosa sit, justum hic habeat locum necesse est:

Ein hoch erhabner Adeler /
Der güldne Arn wird er ohngefehr,
Von vielen eine Gans genannt,
Das macht, er ist ihnen unbekannt;
Darum sag ich dir öffentlich,
Daß dieser Vogel sicherlich,

Gar hohe grosse Ding bedeut;
Von vielen Jahren und länger Zeit
Ist er an diesen Ort gestelt,
Seine Klauen übern Pfeiler spält.
Bedeut, daß er das Regiment
Aus Käysers Macht zum guten End
Bestätigt hat, mit Stärck und Kraft,
Auch wie groß Heil ein Seule schaft:
So unter ein Gebäue wird gesetzt,
Hält auf daß solchs nicht wird verletzt.
Also die Seul den Vogel hält,
Daß sein Reich nicht in Hauffen fält.
Sein Reich ist Frey-Stadt, Käyser-Guth,
Das macht der gantzen Stadt einen Muth:
Darum schwingt er sein Flügel aus,
Daran 12. Federn ragen raus.
Ein jedes sechs in sich beschleußt,
Obs gleich gar manchen Herrn verdreußt,
So beyde zur Lincken und zur Rechten,
Um diesen schönen Vogel fechten,
Dieweil sein Schutz ist starck und fest,
Sechs von der Chur die allerbest,
Die wehren stets auf beiden Seiten,
Daß andre nur vergeblich streiten.
Des Vogels Kleid von Gold gemacht,
Hat nie kein Feind so groß geacht,
Daß er seinen Schwantz hätt nieder geschlagen,
Auch reckt er auf sein'n güldnen Kragen.
Kehrt seine Brust zur wehrten Stadt,
Die ihren Namen von Käyser hat,
Vom andern Theodosio,
Darüber ist der Adler froh;
Und wend't zum Roland seinen Schnabel,
Zeigt ihm die Wunder-GOttes Gaben,
Die er in seinem Munde trägt,
Ein gülden Ring der sich belegt,

Mit

Mit sein'm Insiegel wohl verwahrt,
Dabey versteht die edle Art,
Des schönen Regiments der Stadt,
Wies GOTT so wohl geordnet hat,
Daß er soll seyn gleich einem Ring,
Zu Recht verschaffen alle Ding:
Daß sichs in sich selbst wieder wend't,
Gar rund, ohn Ausflucht und ohn End;
Recht, schlecht und gleich mit Concordantz,
Nach Art des Rings, so bleibt es gantz.
Hierzu kömmt nun die güldne Cron,
Die auf sein'm Haupt der Vogel schon,
Gar freysam trägt und unverzagt,
Obs manchen Feind gleich nicht behagt.
Denn er damit den Roland ehrt,
Der auch mit Cron und Schwerdt erwehrt,
Daß dieser Vogel nicht wird geschändt,
Damit sie beyd zum guten End,
Ihr Regiment erhalten fest,
Der gantzen Stadt zum allerbest.
O Vogel hoch! o Adler wehrt!
Der sich ohn Wind und Wasser nehrt;
Steht doch im Regen, Wind und Schnee,
Klagt nicht wo ihm geschehe weh,
Ist allzeit keck und fürcht't sich nicht,
Ob ihn gleich Frost und Hitze sticht:
Also solls gehn im Regiment,
Das nichts abschrecket bis ans End,
Beständig bleibt, richt sich nach GOTT,
Scheut nicht Freundschaft, Gewalt noch Spott,
Der Wiederwärtigen im Land,
So wird verschwinden alle Schand,
Daß dieser Vogel bleibet wohl,
Nebst dem Roland, wie es seyn soll.

His

His addendum octavum signum, nempe quod in singula sex templa Evangelicorum in uno latere introitus per portas sibi sint similes, in altero vero per scalas fiant, quod a decliviori urbis ad montem situ est. Et nonum, quod aqua campestris, das Feld-Wasser oder Zorge dicta, quæ portam Altendorfensem, Grimmelsensem & Sundhausensem transit, tempore æstivo in totum exsiccetur, hyeme vero, nive in vicinis præaltis montibus liquata, ita increscat, ut urbis senatus duos pontes lapideos & ponticulum ex trabe ligneum, pro meliori & tutiori transitu, non sine sumtibus perpetuo conservandi necessario opus habeat confer. Behrends in Hercynia curiosa cap. de hoc flumine Zorge.

Restant quidem adhuc quædam urbium signa, nempe Osnabrugensia, Plaviensia, Tubingensia, Verdensia, &c. ne vero limites literarum nimis transgredi videar, & molestiam in legendo *Tibi*, *Vir Præstantissime*, ingratam faciam, vela pronunc subducam, & reliquias, si modo tantillum temporis mihi suppetet, sine ulla mora Tecum communicabo. Vale & fave.

Scrib. Wolffenb. d. 15. Febr. 1737.

Br. *D.*

